

Circa textum
dubietur

Primo quare p peccato secreto non debet imponi publica penitentia

Secundo quare affectus causa vicium et persona confitentis notari debent

Tertio quō intelligenda sit illa lra ad dñm

Quarto quare et ppter qd sit purgatoriu

Quinto vtrū pena purgatorij sit grauissima

Sexto vtrū ignis purgatorij agit i anima et anima per ipsum purgatur

¶ Ad primum dubium respondetur q si peccatum sit secretum nō debet imponi publica penitentia qz sancta ecclesia nunq scandalizat aliquem nisi scandalizatus fuerit et pro publico peccato publica debet imponi penitentia. ¶ Ad scdm respondetur q primo debet attendi affectus .i. contritio confitentis. dolor de peccatis. amor dei et pceptoz eius. Intentio abstinendi de cetero. fides catholica et huiusmodi qz fm exigentiam istoz maior vel minor debet imponi pnia. Secundo debet notari causa peccati scz an sit factum ex ignorantia vel impotentia vel ex praua voluntate/aut consilio vel ex huiusmodi. Tertio debet attendi vicium. scz an sit veniale vel mortale cum eoz circumstantijs. Quarto debet attendi psona scz vtrum sit secularis vel religiosus aut in ordinib⁹ vel non/aut vir/vel mulier/vr⁹ liber/vl⁹ seruilis an diues vel paup an senex an iuuenis an sapiens vel stult⁹ et c. quia fm varietatem istozum penitentia debet variari fm iudicium discreti confessoris. ¶ Ad tertium respondetur q illa littera ad dominum festinandi: potest dupliciter intelligi. Primo modo sic q illa que ponuntur in littera sunt cause festinandi ad dominum .i. faciendi penitentiam et disponendi se ad christum. Alio modo intelligitur sic littera illa que in littera ponuntur sunt cause festinandi ad dominum .i. post mortem citius veniendi ad dominum. ¶ Ad quartum respondetur q multis de causis ordinatum est purgatorium. Prima causa est quia homines valde boni habebunt celum. Homines valde mali habebunt infernum/et per consequens homines mali malicia veniali habebunt locum ad delendum peccata et ille erit purgatorius. Secunda causa est qz sicut summa bonitas christi nō patitur aliquod bonū irremuneratum. Sic summa iusticia eius nō patitur malum impunitum. Tertia causa est qz claritatem diuine lucis soli oculi mundi cordis cernere possunt. Quarta est quia p culpam diuinitas offensa est ergo requiritur satisfactio. et diuina imago in nobis difformata est ideo requiritur expurgatio. Quinta qz contraria contrarijs curantur ergo delectatio peccati deleri debet pena purgatorij. ¶ Ad quintum respondetur fm magistrum sententiarum libro quarto dicens sic. Hic autem ignis purgatorij et si etern⁹

non sit numero tamen modo grauis est et excellit omnem penā quā
vnq̃ aliquis passus est in hac vita. nūq̃ enim in carne inuenta est
tanta pena: licet enim martyres passi sunt innumerabilia tormenta
excellit tamen ignis purgatorij omnia ista.

Ad sextum respondetur q̃ ignis purgatorij potest dupliciter cō
siderari. Vno modo vt instrumentum nature et sic non agit in ani
mam sed solum in corpus. Alio modo vt instrumentum diuine iu
sticie et sic agit in animam imprimendo illi penitentia. Si tunc que
ritur vtrum ille ignis equaliter agat in animas sic q̃ non magis in
vnā q̃ in aliam. Respondetur q̃ non sed ex diuina ordinatione i
gnis ille magis vel minus crudat animā scdm q̃ omnia plus vel mi
nus de peccatis ventalibus secum portat. Vnde dicitur ergo nos
vera contritione/confessione/et operis satisfactione vt festinare possi
mus ad gloriā dei per quā nobis concedat qui est benedictus in se
cula seculorum. **A D E R**

Quode

Rimus
tatem cre
bis qui
las Andreas Et
strum hanc dau
aridus Jacob
nos ex maria vir
lum. Quartu
na pilato crucifi
dent omnes ad
mas descendit
Hic est et o m
Jacobus minor
nipotente. Vno
Septimus ar
et mortuos. H
niculus Barthe
de spu mco sup o
etiam catholici
eis nomen dni et le
hinc pndum. H
nostras et pponat
das ad adms. Lari
cam vos de in pul
viam eternam. B
tam aliq ad morte

Be
et sic

Do
la curia auaritia
Zufus auar